

« succedentia domui suæ contigerunt, cum
« clades cladibus succedere semper pergerent.
« Considera, quæso. Adamavit sororem Tha-
« mar Amnon frater, amatam vi oppressit,
« oppressam odivit, eamque violationem, ne-
« fariumque concubitus prior ipse patefecit,
« alicui ex servis mandans, ut invitam pelle-
« ret domo, ac per plateam emitteret clamam-
« tem, plorantem, et lamentis omnia coin-
« plentem. » Deinde alia persequitur, quæ diu
tanti regis exercere patientiam (1).

VERS. 23. — FACTUM EST AUTEM POST TEMPUS
BIENNI, UT TONDERENTUR OVES ABSALOM (2). Ex-
pectavit Absalom biennium, dum sese offerret
opportunitas, in qua ulcisci posset audaciam
fratris, et consolari sororis ex ablata virgini-
tate mœrorem. Illam autem obtulit tondendi
gregis ex pastoritâ disciplinâ tempus, in quo
feri solent cognatorum, amicorumque con-
ventus, et dies sumi geniales, et læti. Illam

(1) VERS. 21. — NOLUIT CONTRISTARE SPIRITUM
AMNON, etc. Desunt hæc in Hebræo, et in ver-
sionibus ex illo expressis, nec in versionem
suam adoptavit S. Hieronymus. Id addiderunt
Græci in nonnullis codicibus; et Josephus in
suo codice legebat, quod fortè in causâ fuit,
cur Græci in suos transferrent. Nullâ quidem
ratione silentium, et dissimulatio regis in hæc
re excusari potest; si præsertim nulla facilitatis
illius causa reddatur, nisi tener eiga Am-
nonem patris amor. Quasi David sese reum
nosset, nec satis habere animi fateretur ad
puniendum crimen, cui ipse exemplo suo cau-
sam exhibere potuit.

(Calmet.)
David ayant su ce qui s'était passé, s'en affligea
fort, mais il ne voulut point attrister Amnon,
parce qu'il l'aimait, étant son aîné. David était
d'un naturel extrêmement tendre. Il aimait ses
enfants jusque dans l'excès. On ne peut pas
approuver ici cette indulgence démesurée qui
l'empêche de reprendre Amnon d'une action
si abominable, de peur de lui causer quelque
tristesse. Il y a une douceur qui est cruelle, dit
saint Augustin, et il est difficile de ne pas
donner ce nom à celle-ci, qui se peut appeler
non seulement cruelle, mais très-injuste. Car
David devait se considérer comme juge entre
Amnon et Thamar. S'il aimait encore son fils
après un crime si détestable, combien était-il
plus juste qu'il prit la défense de sa fille, qui
était en même temps et très-malheureuse et
très-innocente; et en la personne de laquelle
tout le respect dû à la nature, au sexe et à la
grandeur de la naissance avait été si indignement
violé!

(Sacy.)
(2) IN BAALHASOR, QUÆ EST JUXTA EPHRAÏM,
propè urbem Ephraim vel Ephrem appellatam,
cujus nomen occurrit in Evangelio Joannis,
ubi juxta desertum constituitur. Desertum au-
tem forlassè Bethel, vel Jerichuntis. Cum
Josephus Ephrem et Bethel junctas ponat, ve-
luit duo loca Jerosolymæ vicina. Baalhasor
propè Ephrem jacebat, nihilque de illâ scimus.
(Calmet.)

igitur opportunitatem captavit Absalom, ut
Amnonem fratrem extra civitatem, patrisque
conspectum extraheret in solum aliquem lo-
cum, ubi consilium cædis, quod diu secum
agitabat, expleret. Quomodo dies tonsionis He-
bræis lætus esset, et conviviis celebrer, diximus
cap. 23, in principio, ubi de Nabal simili con-
vivio atque lætitiâ pluribus.

VERS. 25. — CUM AUTEM COGERET EUM, ET
NOLUISSET IRE, BENEDIXIT EI. Invitavit ad con-
vivium, quod regiâ munificentia paraverat,
primo loco regem, non quia illum interesse
vellet; neque enim suis consiliis satis esset
opportunos hospes; sed quia omnem volebat
sceleris à se jam animo destinati suspicionem
depellere: maxime cum sciret regem non fa-
cile persuasum iri, ut illud admitteret invita-
tis officium. Respondit itaque rex, nolle se filii
sui rationibus esse gravem; neque placere sibi,
ut convivarum multitudo largos illi sumptus
afferret. Cum autem instaret filius, neque ad-
ducere parentem posset, ut convivium obiret,
id tandem obtinuit, ut ab illo veniam impetra-
ret, et benedictionem, quam obsequentem, et
benè morati filii plurimi faciunt. Quid sit ben-
dicere, obscurum non est: si à Deo fuerit be-
nedictio, omne genus abundantia, et felicitatis
importat; si à superiori mortali, qualis sacer-
dos, aut pater est, votum indicat, aut depre-
cationem, quæ à Deo bonum aliquod optat, et
precat, quod illi, cujus causâ laborat, op-
portunum est. Qualis fuit illa benedictio, quam
Isaac Jacob primum, deinde Esaù filiis suis
impertitus est. Hæc, credo, Job filios suos pro-
sequabatur, cum diebus singulis in orbem fa-
miliare et eucharisticum iniere symposium;
qui cum sciret in conviviis periclitari mode-
stiam, et quæ bonis officium moribus, habere
plerumque locum, sanctificabat illos, consur-
gensque diluculo offerebat holocausta per singulos.
Quod pietatis officium à pietate est, neque plu-
rimùm à benedictione differt (1).

VERS. 27. — DIMISIT CUM EO AMNON, ET UNIVER-
SOS FILIOS REGIS. Cum invitato rege ad com-
mune convivium, omnem doli, atque insidia-
rum suspicionem abstulisset Absalom, rogavit
à rege, ut saltem Amnonem convivium inire
pateretur, si reliquos filios, quorum non erat

(1) VERS. 26. — VENIAT, OBSECRÒ, NOBISCUM
SALTEM AMNON. De Amnone præsertim quærit,
tanquam inter filios regis natu majore, simul-
que demonstraturus Davidi, nihil servare se
pristinæ cum illo similitudinis. Cæteros fratres
non curat, quanquam illos pariter celebritati
adfuisse constat. (Calmet.)

exiguus numerus, interesse nollit. Pater cum
aliquid ex eo convivio adversum præsigiret
principio, tandem permisit, ut alii cum Am-
none ex genere regio genialibus epulis accum-
berent, eo, ut ego interpretor, consilio, ne
Absalom aliis presentibus quicquam contra
Amnonem hostilè moliretur.

VERS. 28. — OBSERVATE, CUM TEMULENTES FUE-
RIT AMNON (1). Temulentia et ebrietas in Scri-
pturâ sacrâ non semper significat vitium illud
intemperantiæ, quo à vino largè, et immode-
ratè hausto, mens hominis turbatur, et excidit,
sed abundantiam, quæ hominem exhilarat,
minusque idoneum reddit rebus administran-
dis. Hanc ebrietatem passi sunt viri sancti,
quibus integra mens fuit inter pocula quibus se
ad hilaritatem, et satietatem expleverunt; non
tamen illis mens est emota, aut exturbata
ratio; sed tantùm minus ad judicandum ido-
nea. Sic filii Jacob simul cum Joseph fratre
inebriati dicuntur, Genes. 43, in fine: *Bibe-
runtque, et inebriati sunt cum eo.* Sic Simion
Machab. lib. 1, capite 16, vers. 16, inebriatus
occubuit. Sanè si hoc ebrietatis genus, quo
homo hilarior fit, non tamen sui impos, pec-
catum esset, non invitaret sanctus sponsus
sodales suos item sanctos ad pocula, quibus
inebriarentur. Cant. 5: *Comedite amici; et
bibite, et inebriamini, charissimi.* Neque Archi-
trichinus aliquid indecorum et turpe signifi-
cavit, cum dixit, Joan. capite 2, vers. 10: *Omnis
homo bonum vinum primum ponit, et cum in-
ebriati fuerint, tunc id, quod deterius est,* Augu-
stinus in illud Genes. 43: *Biberunt, et inebriati
sunt cum eo,* q. 144, ait: « Hoc inebriandi ver-

(1) Prenez garde quand Amnon commencera
d'être troublé par le vin, et que je vous ferai
signe; frappez-le et tuez-le. Une action aussi
abominable qu'était le violément de Thamar
ne pouvait pas demeurer impunie dans l'ordre
de Dieu. David la dissimule avec une indul-
gence inexcusable, et Absalom la punit avec
une rigueur et une hardiesse criminelle. Il
n'appartenait proprement qu'au roi de con-
damner son fils, et son fils aîné, à une peine
proportionnée à un si grand crime. Mais Ab-
salom ne pense qu'à venger Thamar qui était
née de la même mère que lui; et Dieu se sert
de son audace pour punir avec justice la fu-
reur d'Amnon, qui avait traité sa sœur plus
cruellement que s'il lui avait ôté la vie. Peut-
être même qu'Absalom avait dans l'esprit,
selon la pensée de quelques interprètes, de
satisfaire par ce meurtre aussi bien son
ambition que sa vengeance. Car, s'étant
ainsi défait de l'aîné de tous ses frères, il
croyait qu'il lui serait bien plus aisé de se
faire roi, comme nous verrons qu'il exécutera
ce dessein dans la suite de cette histoire.

(Sacy.)

bum et pro saturitate solere poni in Scri-
pturis, qui diligenter advertebit, multis in
locis adinveniet. Unde est illud Psalm. 64:
« Visitasti terram, et inebriasti eam, multipli-
casti ditare eam: eo quod in laude benedi-
ctionis hoc positum est, et donum Dei com-
memoratur, apparet hanc ebrietatem satura-
tatem significare. Nam ita inebriari, ut
inebriantur ebriosi, neque ipsi terræ utile
est, quia majori, quam satietati sufficit, hu-
more corrumpitur, sicut vita ebriosorum,
qui non satietate se replent, sed mergunt
in diluvio. » Est ergo illa temulentia, seu ebrie-
tas, de qua loquitur Absalom, hilaritas quædam,
quæ est à vino, quæ solvit quidem hominem
à curis, et avocatur à rebus gerendis, sicut facit
interdum saturitas à cibo; non tamen mentem
commovet, et insanire facit. Talis erat Baltha-
sar, cui Scripturâ sacrâ, Dan. capite 5, v. 2,
temulentiam tribuit; relinquit tamen pruden-
tiam, ut timeat, quid novi portendant literæ
in pariete descriptæ, et quomodo se ab eo
metu liberare posset. Non aliam temulentiam
Absalom expectari jussit à servis in Amnone
fratre; quam sine dubio expectarunt Absalo-
mis servi, quæ major non videtur fuisse illa,
quam alii Davidis filii passi sunt, qui tamen
senserunt, gemueruntque inopinatum Amnonis
interitum; et ne aliquid ipsi simile subirent,
ascenderunt mulas, et se quam occisimè è
convivio, et Absalomis domo ad paternam do-
mum, et parentis amplexum subdixerunt.

VERS. 29. — FECERUNT ERGO PUERI ABSALOM,
ADVERSUS AMNON, SICUT PRÆCEPERAT EIS. Ade-
merat ante servis suis metum Absalom, sui
tantum hominis objectâ majestate, tutoque in
omnem eventum patrocinio, quæ res animos
fecit servis plus satis obsequentibus, ut in regis
filium manus injicerent armatas. Conjectat
hoc loco, neque meo judicio malè, Dionysius,
servos illos, qui tantum facinus aggressi fue-
runt, fuisse gentiles ex Gessur, ubi Absalomis
avus eo tempore regnabat. Neque enim aliter
videbantur ausuri in regium juvenem impetum
illum insidiosum facere; neque Absalomi, qui
omnia tuta pollicebatur, tam essent libenter
obsecuti, nisi regium nomen tam ex paterno,
quam ex materno genere illis objecisset, quorum
illud conciliabat patrem, hoc contra patrem
indignatum, securum, et facile promittebat
effugium.

SURGENTESQUE ALII FILII REGIS, ASCENDERUNT
SINGULI MULAS SUAS (1). Timere poterant non

(1) Quibus vehi solebant plerumque viri qui-

sine causâ alii regii pueri, cum illorum principem, utpotè primogenitum, inter epulas incautum interfectum viderent. Quare omnes conscendunt mulas, et se quamprimùm in fugam dant. Præverterunt autem illorum cursum alii, quibus nullam moram afferre potuit mularum præparatio, quia pedites se ab insidioso furore subdlexerunt, quique cum non totam tragœdiam expectassent, putârunt cum Amnone alios quoque de regiâ stirpe pueros cecidisse. Et hoc ipsum Davidi parenti, et his, qui in aulâ cum ipso morabantur, annuntiant. Quæ res magnoperè turbavit animum regis, et aliorum, qui regi aderant; qui omnes regis exemplum secuti, cujus dolorem pium ipsi quoque dolebant, consciderunt vestimenta sua, et sese in terram lugentium more congeserunt.

VERS. 32. — RESPONDENS AUTEM JONADAB. Hic fuit ille Amnonis amicus, qui viam ostendit, quomodò incautam virginem attraheret, et suam in illâ libidinem expleret, dignus qui multò magis, quàm Amnon gladium exciperet in infideli pectore vindicem violati pudoris. Qui consolatus est regem, dixitque unum Amnonem sublatum esse ferro; alios autem filios regis nihil esse passos, à quibus Absalom nullam accepisset injuriam, neque haberet, cur in illos quicquam moliretur hostile; unum autem Amnonem ab eo appetitum esse ferro, à quo semper animo alienissimo fuit, ex quo sororem ab illius petulantia compressam esse noverat. Hæc Jonadab, qui si quid haberet pudoris, aut mentis, nunquàm illius facti, cujus ipse auctor, et suator extiterat, meminisset; maxime apud regem, qui, ut verisimile est, illius incendii facem non ignorabat. Sed sanè verum

que amplissimi, et principes ejus regionis, neque aliis idem pariter rex utebatur. Nunc primùm occurrit in Scripturâ de mulabus seu mulis sermo. Judices Israelis non nisi asinis veci narrantur. Cave tamen reputes, mulos, de quibus hic, et quibus vehi solebant reges et principes ejus regionis, ac denique quorum erat usus etiam in prælio pro equis, uti de Absalomo legitur, de illâ fatali, quâ sui terfugiens mulâ suspensum illum arbori reliquit; cave, inquam, reputes, simile quidpiam cum nostratibus mulis habuisse, quorum pretium est unicum in corporis robore, gravissimis sarcinis ferendis apto. Mulos Syriæ non edit coitus asinæ cum equo, sed muli cum mulâ congressus. Ejus enim regionis mulæ gravidæ fiunt, uti apud nos equæ, et quos pariunt pulli, tertium quoddam genus inter equum et mulum constituunt; robore equum, celeritate mulum vulgarem, quamquàm formâ corporis huic persimiles, superant. (Calmet.)

est illud, impudentem esse oportere eum, qui semel transierit verecundiæ fines (1).

VERS. 34. — FUGIT AUTEM ABSALOM (2). En quod homicidæ servi in Absalome hortatore ac principe potuerunt habere perugium, quando ipse præsidium petit à fugâ? Fugerunt autem cum illo, ut ipsa sceleris natura suadet homicidæ servi; neque enim, securi esse poterant in Davidis regno, cujus filium inter pocula incautum occiderant, quique non longè aberat ab eo loco, ubi patrata cædes. Tunc verò speculatur, qui de more in edito loco perperuas agebat excubias, prospexit magnam hominum, et præcipiti gradu effusam multitudinem (unde constat, quàm lætum, et frequens esset illud convivium, quàm dies ille genialis, quem tanta hominum multitudo celebrârat). Venerunt autem inter hos pueri regii anhelo cursu, exanimati metu, et fratris sui subitum et crudele fatum deplorantes; quorum ejulatus tam in rege, quàm in aulicis viris, et expresserunt lacrymas, et ululatus excitârunt.

VERS. 37. — PORRO ABSALOM FUGIENS ABIIT AD THOLOMAI. Maacha Absalomis mater, filia erat hujus Tholomai. De quâ multa Hebræi; sed, credo, suo more sine ullâ gravi conjecturâ. Dicunt enim captam esse hanc regis alieni ab Israelitico genere filiam à Davide, et juxta legem traditam, Deuter. cap. 21, v. 12, rasisse cæsariem, resecuris unguis, et exuisse vestes, et illa præstitisse omnia, quæ lex ab illâ requirit, quæ viri Israelitæ nuptias inire vult. Ad avum igitur profectus fuit Absalom, apud quem non omninò, ut verisimile est, triennium totum sine metu consumpsit, quia in parentè David signa videbat non obscura offensi, et durum aliquid meditantis animi. Quod ex eo, quod proximè succedit, fit verisimile, ubi dicitur cessasse David persequi filium fratricidam.

VERS. 39. — CESSAVITQUE REX DAVID PERSE-

(1) IN ORE ABSALOM ERAT POSITUS EX DIE, QUI OPPRESSIT THAMAR; necem viri apud se jam ab eâ die statuerat. Voluntatis tamen hujus propositum, fixum licet, altè tamen animo celaverat: consilium erat in ore ceu verbum jam jam proferendam. Chaldæus, Syriacus, et Arabs: *Hoc erat in animo*. Illud Scripturæ in ore ponitur sæpè pro jussione et imperio; Israelitæ ad imperium Domini (Hebr. ad os Domini) proficiscebantur. Absalom necem Amnonis imperavit, ejusque mandato peracta est. Aquila et Symmachus: *Quoniam Absalom iratus illi erat ex die*, etc. (Calmet.)

(2) PER ITER DEVIUM EX LATERE MONTIS. Hebræus: *De viâ post eum, ex latere montis*. A tergo montis Olivarum veniebant, atque secundùm montem gradiebantur. Venisse autem

QUI ABSALOM (1). Non difficile fuisset Davidi regi, quantumcumque contra niteretur rex alius Tholomai. Absalomem capere, deque illo, quas luberet, pœnas de fratricidio sumere; sed satis videtur habuisse animum ostendere plenum indignationis, et ad filii vota, seu postulata difficillem. Sed cum nôset rex prudens, quid ipse paulò ante sceleris admisisset, et suspicaretur luere se pro tantâ in peccando libertate, atque intemperantiâ supplicium, continuit sese, et ne videretur probare, quod esset à filio crudeliter, et fraudulenter admissum, externo aliquo signo alienati animi quotidianum specimen edebat. Nôrat in se peccatum, quod in Amnone damnaverat; atque ideò, ut diximus, illud in Amnone neque supplicio plectere, neque graviore verbo reprehendere ausus est: sceleris quippè conscientia timidos reddit animos alioqui constantes, et audaces. Nôrat item in se peccatum Absalomis, cum ipse quoque per fraudem virum, quem inebriare antè voluerat, occidisset. Quare neque hunc eo conatu, quo debuerat, persecutus est; quia si quis erat ardor, quem excitabat furor, illum peccati non dissimilis timida conscientia restinguebat.

Eo QUOD CONSOLATUS ESSET SUPER AMNON INCENSEMUS è latere Bethel, id est, ex oriente septentrionali Jerosolymæ. trajectoque torrente Cedron, in urbem venerunt. (Calmet.)

(1) Nullibi legimus, Davidem antea persecutum esse Absalomum. Explicari posset Latins textus: *Neglexit persequi Absalomum*. Sed textus Hebræus duos planè oppositos sensus admittere potest: *Cessavit persecutionem suam in Absalom*; illum ulterius à Tholomai socero suo non postulavit. Vel: *Occulto desiderio excipiendi Absalomum conficiebatur*. Vel potius: *Intimo animi sensu ferebatur, ut illum videret, reditum ejus magnoperè desiderabat*. Ita textum exponunt docti plures interpretes, quibus narrationis series plenè favet. Proximè sequens caput ab his verbis exorditur: *Intelligens Joab, quòd cor regis verum esset ad Absalom*. (Calmet.)

CAPUT XIV.

1. Intelligens autem Joab filius Sarviæ quòd cor regis verum esset ad Absalom,

2. Misit Thecuam, et tulit inde mulierem sapientem; dixitque ad eam: Lugere te simula; et induere veste lugubri, et ne ungaris oleo, ut sis quasi mulier jam plurimo tempore lugens mortuum.

3. Et ingredieris ad regem, et loqueris ad eum sermones hujusce modi. Posuit autem Joab verba in ore ejus.

4. Itaque cum ingressa fuisset mulier

TERITU. *Consolari hoc loco idem est, quòd dolorem esse sedatum, et furem deferuisse*, qui prius regem ad sumendum supplicium incitabat. Affectus autem ille mitior, aut incitatus minùs, ex eo provenit, quia aut rex culpam Amnonis considerârat attentius, dignumque putabat simili, aut graviore pœnâ; aut certè quia tempus emollit, et mitigat dura, et ipsa consuetudo facit, ut quæ prius acerba, nunc injucunda minùs videantur. Sanè ut ex principio subsequentis capitis liquet, animi jam pacati signa dedit aliis non obscura.

Hebræi aliter hunc locum interpretantur; illud enim *persequi* significare putant benevolentiam magis, quàm offensionem. Aiunt enim voluisse Davidem exire sæpè ad filium, ut ultrò illum sibi conciliaret: non tamen ausum esse illum ad se reducere, ne quoties suis occursaret oculis, toties fraternæ cædis memoriam renovaret. Ita Hieronymus in Traditionibus hebraicis.

Ad extremum libet, quòd in hunc locum Angelomus tradit morale documentum, atterere. Lapsus fuerat Amnon constupratâ sorore in immane peccatum, cujus fortassè causa fuit intemperantia, et luxus, dum plus satis splendidis mensis, et frequentibus poculis indulget. Neque tamen aliquid gravius est passus, cum tamen leve non fuerit, quod virgini attulit detrimentum. Abstinere debuit ab immoderatis cibis, et plenis poculis, in quibus est luxuria, ut docet Apostolus, et experientia ipsâ quotidianâ didicit Comicus, qui ex eo quod frequenter viderat, dixit, *sine Cerere, et Baccho friget Venus*. Quia tamen ad vinum, et temulentiam rediit, ibi vitam amisit temulentus, et licet nondum luxuriosus, quia aliò fortassè mentem averterat, ad luxuriam tamen aptè dispositus, æstuanti à vino, et à cibis stomacho distento. Amavit periculum, et in eo utriusque malè sanus interiit.

CHAPITRE XIV.

1. Joab, fils de Sarvia, ayant reconnu que le cœur du roi se rapprochait d'Absalom,

2. Fit venir de Thécuâ une femme sage, et lui dit: Faites semblant d'être dans l'affliction; prenez un habit de deuil, et ne vous parfumez point, afin que vous paraissiez comme une femme qui pleure un mort depuis long-temps.

3. Ensuite vous vous présenterez au roi, et vous lui tiendrez tels et tels discours. Et Joab lui mit dans la bouche toutes les paroles qu'elle devait dire.

4. Cette femme de Thécuâ, s'étant donc pré-